

Alte Drucke

**Dauidis Chytræi In Historiam Iosvæ, Ivdicvm, Rvth, in
Prophetas & Psalmos aliquot; & Sententias Syracidæ**

Chyträus, David

Lipsiae, 1592

VD16 C 2504 T. II

Caput IIII.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests please contact the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

lis suis mandaturus est de te, ut custodiant te in omnibus vijs tuis, & manib;
bus suis portabunt te. 1. Corinth. 15. Non labor in Domino veteri
inanis erit.

VIII. Vnus ex præcipuis in toto Zacharia locis est, insignis PRO.
PHETIA DE OFFICIO, PASSIONE ET BENEFICIIS CHRISTI, VBI.
CAE HOSTIAE, VNO DIB IN ARA CRVCIS OBLATAE, EXPIANTIS
OMNIA TOTIVS MVNDI PECCATA. Audi IESV sacerdos magne,
tu & amici (confacerdotes) tui, qui habitant coram te, quia viri ponten-
dentes sunt i. typi Christi. Ecce enim ego adducam seruum meum ZE-
MAH, GERMEN, de quo videlicet Ieremiæ vaticinium editum est, cap. 23.
33. Ecce dies veniet, dicit DOMINVS, & suscitabo Dauid GERMEN IV.
STVM, & regnabit rex, & sapiens erit, faciens iudicium & iusticiam in te-
ra, & hoc est nomen quo vocabunt eum, I E H O V A I V S T I C I A nolit.
Hunc DOMINVM promissum, indutum forma serui, seu naturæ humanae
a se assumtae, & destinatum ministerio omnium maximo, & difficilimo, ut
obediat æterno patri vsq; ad mortem, mortem autem crucis: nominant
Ieremias & Zacharias ZEMAH seu oriens GERMEN, quia ex stirpe Dauidis
ortus est, & LAPIDEM seu petram, quia solidum, firmum & immotum rotu-
us ecclesiæ & salutis nostræ fundamentum est, vt Actorum 4. dicitur: Chi-
stus est lapis reprobatus a vobis ædificantibus, qui factus est in caput ange-
li. i. lapis angularis, in quem Iudæi impingunt, & tamen necens & fuisse
trans duos parietes, Iudæos & gentes, in vniuersitate ecclesiæ ædificium coalecen-
tes. Esaiae 28. & Romanos 9. 10. Ecce pono in fundamentis Sion lap-
idem angularem, preciosum, & omnis qui crediderit in eum, non pudebit.

Sunt autem super hunc lapidem OCULI SEPTEM seu multi, q. d. hic
lapis Christus lucem veræ agnitionis Dei, veræ iusticiæ & vitæ æternæ toti
generi humano præbebit, Iohannis 1. Erat lux illa lux vera, quæ illuminauit
omnem hominem venientem in hunc mundum. Esaiae 9. Populus qui in-
bulabat in tenebris ignorationis Dei, peccati & mortis, vidi lucem mi-
gnam. Itaq; etiam omnium hominum æternam salutem expetentium o-
culi, in solum Christum velut vnicum mundi saluatorem, directi & inten-
tive debent. Et omnium patrum, Prophetarum, & sanctorum in veteri te-
stamento vaticinia & sacrificia, in hunc Christum respexerunt. Hic lapis
aperietur seu sculpetur, cum in cruce suspenso manus & pedes clavis, &
latus lancea perforabitur (sicut infra inquit, Aspicient me quæ confoderunt)
& plagæ acerbissimæ ipsius animæ & corpori infligentur, de quibus Esa. 53.
dicitur: Reputauimus eum tanquam percutiendum a DEO. Sed haec vulnera
sustinuit, ut vulnera nostra sanaret, & in cruce mortuus est, ut nobis peccato-
mortuis & sua passione ac morte a peccato liberatis, iusticiam & vitam im-
mortalem restitueret. Idq; vna die seu vna hostia corporis sui semel in ari
crucis oblata effecit, ut totius terræ seu mundi iniquitatem auferretur, scilicet
Iohan. 1. dicitur: Ecce agnus Dei qui aufert peccatum mundi. Et Ebor. 7. 9.
& 10. de Beneficijs Christi copiose disputatur. Quæ conciones omnes ad
præsentem Zachariae prophetiam de Christo illustrandam adiunguntur.

Caput IIII.

¶ reuersus est Angelus, qui loquebatur in me,
E & suscitauit me tanquam virum qui suscitatur
 de somno suo. Et dixit ad me, Quid vides? Et
 dixi, Vidi, & Ecce candelabrum aureum totum, & fon-
 ticulus super capite eius, & septem lucernæ eius iuxta il-
 lud, & septem infusoria pro lucernis, quæ erant super ca-
 put eius, & duæ oliuæ super illud, una à dextris fonticuli,
 & una à sinistris eius. Et respondi & aio ad Angelum, qui
 loquebatur in me, dicens: Quid sunt hæc domine mi? &
 respondit Angelus qui loquebatur in me, & dixit ad me:
 Nunquid scis quid sunt hæc? Et dixi, Non domine mi.
 & respondit, & ait ad me, dicens: Hoc est verbum Domini
 ad Zorobabel, dicens, Non in exercitu, nec in robore, sed in
 spiritu meo, dicit D O M I N V S exercituum. Quis tu mons
 magne coram Zorobabel? in planitiem (redigeris) & educet
 lapide primarium, (&) acclamations (fient) gratia, gratia ei.

Et factum est verbum D O M I N I ad me, dicens, Ma-
 nus Zorobabel fundauerunt domum istam, & manus
 eius perficiens eam, & scietis quia D O M I N V S exercitu-
 um misit me ad vos. Quis enim despexit diem paruorum
 (initiorum). & lætabuntur & vibebunt lapidem stanneū
 in manu Zorobabel. Septem illa, sunt o c v l i D O M I -
 N I, qui discurrunt in vniuersam terram. Et respondi, &
 dixi ad eum: Quid sunt duæ oliuæ istæ ad dexteram can-
 delabri, & ad sinistram eius? Et respondi secundò & dixi
 ad eum: Quid (sunt) duæ spicæ oliuarum quæ (sunt) in
 manu seu medio inter duos canales effundentes supernè
 aurum? & ait ad me dicens, Nunquid nescis quid sunt
 hæc? & dixi, Non domine mi, & dixit: Isti sunt duo filij
 olci, stantes iuxta dominum omnis terræ.

QVINTA
VISIO.
CANDELA-
BRVM AV-
REVM.

Amuſſim flă-
neam vel
plumbbeam
pag. 197. S2-
reptæ Mat-
thesij fac. b.

Exod. 15.
Actor. 28.

אנְתִיּוֹת
הַפְּרִיקִים

I E S U S &
Z O R O B A-
B E L .

LOCI PRAE CIPVI.

Principalis locus quarti capituli est Consolatio Zorobabelis Ducis
 populi Iudaici, & in genere omnium Gubernatorum, in quacunq;
 vocatione, magna seu parua versantium, inter quos, omnes fani &
 intelligentes, hac tristi tentatione excruciantur. Stultum est impossibilia
 suscipere: & frustra niti, nec quicquam aliud fatigando se se nisi odia que-

Mm 3 rere,

rere, extremæ dementiae est. Meæ vocationis seu gubernationis labores, longe supra meas vires positi, & multò maiores ac difficiliores sunt, quam vt à me, in tanta ingenij, prudentiae, & virium mearum imbecillitate, & tanta impedimentorum varietate, & aduersariorum potentia, administrari & perfici possint: & euentus plerique consilijs non respondent. Ergo stulte facio, quod hanc vocationem suscipio, & non potius amplector Epicureum illud, λαθε βιωτας, &, καλόν γε εξω πεαγμάτων ἔχει τίδα εὐτυχία την αὐτονόμην. Respondendum est autem, ad Maiorem, Stultum est suscipere impossibilia, nisi Deus ea mandet, & auxilium ac successus salutares polliceatur. Ut enim sine Deo nihil hominibus feliciter succedit, ita præcipue gubernatio nulla felix est, nisi Deus o eam iuvante. Ac vt adiuuet eam Deus, necesse est primum mandatum seu vocationem legitimam & diuinam esse; vt dicitur, Nemo sibi sumat honorem, sed vocetur à Deo, sicut Aaron. Deinde necessaria seu à Deo mandata & propria nostræ vocationis officia, diligenter & fideliter facienda sunt. Ideoque ad vocationem conscientia mediocris industria seu peritiae eius rei, quam administrare volumus, adferenda est, & præstanta assiduitas & fides, vt præcipitur 1. Cor. 4. Hoc requiritur in ministro, vt fidelis aliquis reperiatur. Item Iohan. 9. Me oportet operari opera eius, qui misit me. Tertio, non fiducia propriæ sapientiae, industriæ aut virium nos nisi operaret; sed assiduis & ardentibus votis, auxilium in vocatione, & successus salutares à Deo petendi & expectandi sunt, etiam si non statim eos nostris oculis cernimus, vt Psalmus iubet: Commenda Domino viam tuam, & spera in eum, & ipse faciet. Confirmata hoc Deus, quod operatus est in nobis. Item 1. Cor. 15. Non labor in Domino vester inanis erit.

Hanc utilissimam & saluberrimam virtutem Regulam, ad omnium nostrum consilia & actiones totius vitæ, sapienter & pie regendas pertinentem, tradit in hoc capite Zacharias, cum Zorobabeli ad instauracionem Iudaicæ Politiae vocatum, sed cogitatione suæ infirmitatis, & aduersariorum potentiae, ac successuum, trepidantem erigit & confirmat, monstrata candelabri aurei imagine, quam explicat hac dulcissima voce: *NON PER EXERCITVM, NEC PER ROBVR, SED PER SPIRITVM MEVM* fiet, dicit Dominus, id est, non humanis viribus, præsidij aut consilijs restitues, reges & defendes Ecclesiam & Politiam Iudaicam, sed Spiritu meo, seu meipso iuuante, & vires ac robur & successus felices & iustitiales largiente, & omnia impedimenta & aduersationes Satanae & organorum ipsius reprime: & *MONT EM MAGNVM* seu imperium Persicum, & quicquid potens & amplius est aduersans ecclesiam, *IN PLVNITIEM* redigente, id est, Spiritu suo flectente & regente, ne ecclesia & pijs amplius nocere possit. Non igitur trepidet & angatur animo Zorobabel, qui spiritu meo corroboratus, ex ipso fundamento educet, & attollet & perficiet ædificium templi. *אָמַן יְהוָה מֶלֶךְ* i.e. sonantibus vnde que faustis acclamationibus, gratia, gratia ei, Das man rufen wird / glück zu / Glück zu / sicut in Germanica versione, significantissime redditum est.

I I. Principium capituli pictura est securitatis, & languoris maxime partis hominum etiam in ecclesia. Ut enim Zacharias semisomnis ab Angelo excitatur, & Apostoli, Christo luctante cum ira Dei & tristissima morte peccatorum totius generis humani, nec poenitentia vera nec fide ardentes obdormiunt, ita non modo reliquum genus humanum tristi caligine & stupore

supore ac veterno oppressum, nec iram Dei nec sua peccata aut calamitatis intelligit, aut serio curat: verum etiam pijs & sancti in ecclesia simili languore & somno oppressi, nec magnitudinem irae Dei aut peccati serio agnoscunt, nec valde anguntur animis, nec ardent fide, & dilectione Dei & laeta obedientia erga Deum. Sed velut somno vinoq; sepulti, amore & cura rerum terrenarum, difficulter erigere cordis oculos ad Dei & rerum dominarum considerationem possunt, priusquam ab Angelo testamenti filio Dei, per exhortationes verbi diuini & CRUCEM ac ærumnas exuscitentur, ut scriptum est, Vigilate & orate, ne opprimamini tentatione. Item, Bonum est mihi Domine quod affixisti me, ut discerem instigationes tuas.

III. Descriptio & significatio Candelabri aurei consideretur: cuius vectis seu stipes sursum erectus in summitate habet FONTICULUM, seu phialam, unde oleum per infusoria in lampades seu lucernas defluebat. Iuxta fonticulum, in summitate stipitis, erant septem lucernæ, & totidem infusoria singula singulis lucernis velut canales adjuncti, ut per eos oleum alendis lucernis ex fonticulo deriuaretur. Iuxta candelabrum duæ oleæ positæ fuerunt, una à dextris fonticuli, altera à sinistris. Ac ex fine capitis appareret, duas etiam spicas seu ramos oleæ, in manu seu medio inter duos canales seu ampullas aureas effundentes superne oleum in aureum candelabri fonticulum, seu effundentes oleum aurei coloris in fonticulum, siros fuisse. Significat autem candelabrum, ut ipse Angelus, aeterni Dei internunciis, & visionis interpres explicat, SPIRITVM DEI, SEV DEVVM IPSVM, sua luce, gratia, auxilio, & defensione diuina præsentem & opitulantem Principi Zorobabeli, & Sacerdoti IESU: ut non modo fundamenta templi & vrbis Ierosolymæ seu ecclesiæ & politiæ Iudaicæ ponere, sed etiam perficere & absoluere feliciter possint. Etsi enim magni montes, videlicet aliqui reges Persici & vieni duces & gentes impiæ ac potentes, hactenus omnibus suis viribus ædificationem impediuerant: & hoc ipso Zachariæ tempore, exigua & spreta ad despecta erant ædificationis initia, neq; adhuc respondebant successus magnificis Aggai & Zachariæ promissionibus: tamen Spiritus Dei, montes magnos seu imperia & gentes aduersantes ecclesiæ, in planum rediget, ne oblitare amplius possint: & DIEM PARVORVM, seu tenuia & parua ædificij principia prouehet & perficiet, ut gloria huius noui templi priorem longe superatura sit. Nec solum hoc ædificium templi lapideum Zorobabel, exhibita amissi absoluet, verum etiam ecclesiam per Prophetarum amissim seu verbum ex lapidibus viuis supra Christum ædificabit, ad quem usum adiungit ei septem oculos seu multos adiutores & architectos & gubernatores fidèles. SEPTEM LUCERNÆ, & septem infusoria, sunt SEPTEM OCVLI Domini discurrentes in vniuersam terram. Vtitur enim numero certo & definito, quo vbiq; DEVUM, non modo cernere & inspicere omnia omnium hominum dicta & facta, toto orbe terrarum significat; ut etiam Ethnici dixerunt, οὐαῖτα ἴδως ὁ φαλμὸς καὶ οὐαῖτα νόηται. Itent, οὐαῖτα δὲ οὐαῖτα βλέπετε Ἰησοῦ: Verum etiam singulari cura piorum affici, eosq; in calamitatibus & doloribus respicere & iuicare, & euentus optatos tandem eorum vocationi & laboribus tribuere, ut in Psalmo 52. scribitur: Ecce oculi Domini super iuidentes eum. Psalm. 33. Oculi Domini super iustos & auget eis ad preces eorum. Psal. 9. 10. Oculi eius in pauperem respiciunt; Alij ad septem dona Spiritus sancti, septem oculos accommodant, & va-

רְאֵב
Profluxit pro pagatum est lumen.

לְבָבֶךָ
Volnit.
פָּנַי
Fudit.
אֲלֹהִים
Olea.

rijs ac multiplicibus Spiritus sancti donis ecclesiam totū orbe terrarum colligi, regi, conferuari, & Iesum sacerdotem, & Zorobabel ducem populi Iudaici in primis cumulate ornari disputant: quæ accommodatio etiam non inconcinna est. **DUE OLEAE SEV SPICAME OLIVARVM** sunt duo filii olei astantes Domino omnis terra, videlicet Iesus summus Sacerdos, & **ZOROBABEL** princeps, pleni donis Spiritus Dei, cuius consilio & robore confirmati, templum & urbem, seu ecclesiam & politiam Iudaicam feliciter instaurabunt.

I I I. Aliæ etiam Allegoriæ candelabri aurei & lucernarum considerentur, traditæ à Iohanne Euangelista Apocal. i. Candelabra septem, quæ vidisti, sunt septem ecclesiæ. Significat enim candelabrum quod est receptaculum luminis, loca opaca illustrantis, & latè splendorem & lucem suam spargentis: Ecclesiam catholicam & præcipue doctores & ministros ecclesiæ, qui acceptam à Christo sole lucem veræ doctrinæ, in publico ministerio spargunt, & pulsis tenebris ignoracionis Dei, peccati & mortis, lucem veræ agnitionis DEoI, veræ consolationis, iusticiæ & vitæ atemz in cordibus auditorum accendunt, & sua fide, ac confessione veritatis dilera, & perspicua errorum refutatione, alijs imbecillioribus præludent: eosq; in vera luce veræ de Deo doctrinæ confirmant. Has lucernas affuso olio foueri & ali oportet. i. Spiritus Dei sanctus, per ministerium verbi, sonans ex ore ministrorum, efficax est ad illuminationem cordium & salutem omnium credenti. Visitatissimè enim in sacris literis **OLEVM** significat Spiritum sanctum &unctionem seu dona Spiritus sancti, quibus vngimur in Sacerdotes & reges DEo& patri nostro, & ad necessaria vocationis officia rede instruimur.

Vtitur huius capitinis Zachariæ phrasí Iohannes Euangelista etiam in **i i. cap. Apocalypsis**, cum inquit, Dabo duobus testibus meis, & prophetabunt diebus **1260**. Hi sunt duæ oliuæ & duo candelabra in conopeo DEoI terræ stantia. Et si quis voluerit eis nocere, ignis exit de ore eorum, & deuorat inimicos eorum. Hanc concionem de Propheta Helm & Henoch quidam intellexerunt, qui ante extremum diem in terras rediuntur, & sua voce Antichristum refutaturi sint. Sed Malachiæ dictum, Euangelistæ ipsi **Luc. i. & Matth. i i.** de Iohanne Baptista interpretantur. Et Syracides de Enoch nihil aliud scribit, quam placuisse eum DEo& in cœlum translatione omnes homines, de iudicio & vita post hanc vitam certò secutura docere. Simplicissimè igitur intelligantur duo **TESETE** & duo candelabra, omnes pij doctores & ministri Ecclesiæ, quilegatione diuina fungentes, lucem veræ de DEo& doctrinæ, à Prophetis & Apostolis in duobus Testamentis traditæ, latè toto orbe terrarum spargent & propagabunt, & Antichristi errores & Idola, & omnes Ecclesiæ hostes igne verbi diuini repellent & profligabunt. Sed hæc ex undecimo capite Apocalypsis studioli repetent.

Caput V.